

captivatis. Inter quos captus^a est^a dominus Iohannes¹ Agud^b, capitaneus dicte compagne, et plurimi caporales, ac irretitus^c est infelix Bindus^d Monaldi, orator communis Perusii, qui dictos^e sociales^e de partibus Ligurie ad tantum excidium huc adduxit^f, ut superba^g temeritas Perusina suo^h infortunio^h sic confusa discat mansuetudine licet tarda Christi vicario obedire. In dictoque prelio dictus dominus Iohannes de Rieten decoratus est cingulo militari, sicut decebat eius excellentissimamⁱ probitatem. Que iocundis animis et mentibus gaudiosis^h auguste^h maiestati^k nostra¹ curavit fidelitas nuntiare¹.

Fidelissimi^m vestre maiestatis vicarii et fideles priores populi et vexillifer iustitie civitatis Aretine debite fidelitatis obsequia^m.

XV.ⁿ Iunii, VII. indictioneⁿ.

Auf dasselbe Gefecht beziehen sich nun noch zwei andere Briefe unserer Sammlung. Auf f. 3 folgt unmittelbar auf den Brief an den Kaiser das folgende Stück:

Intimantur rumores.

Amici carissimi. Fide dignis pluribus per suas insinuationes et assertiones de Florentia et aliis locis nobis exortus est hic quidam rumor universaliter circumquaque diffusus et de hora in horam ad credulitatem verissimiliter maiorem quadam continuatione deductus, quod societas Anglicorum, quam ad malignandum colligavit impietas, die XV. presentis mensis in vespere prope Aretium per dominum Flach et Iohannem de Ret ac alias gentes, quas miserat cesar in subsidium sancte matris ecclesie, confusibiliter extitit debellata. Cuius quidem societatis nepharie quam plures gladio fuerunt interempti et multi sunt carceri mancipati, et per hunc modum gentes cesaris ipsorum manus Christo domino consecrarunt, qui docuit manus eorum ad prelium et digitos instruxit ad bellum.

Absender und Adressaten des Briefes sind nicht genannt. Man könnte denken, dass er nur eine Stilübung,

a) est capitaneus *P.* b) Haud *P.* c) ictitatus *P.* d) Dinolus Bindi *P.* e) dictam compagniam *P.* f) conduxit *P.* g) tanta *P.* h) *fehlt P.* i) *so P.*; excellentiam *K.* k) beatitudini vestre *P.* l) nuntiare curavimus ad suppositum gaudium omnium gaudiorum *P.* m) Fidelissimi — obsequia *fehlt P.* n) Arretii XV Iuni *P.*

1) Beste Zusammenstellung der Nachrichten über Hawkwood im Dictionary of national biography 25, 236 ff.